

& non desinam eis benefacere. & timorem meum dabo in corde eorum
 ut non recedant a me. & letabor super eis cum bene eis fecero.
 & plantabo eos in terra ista in ueritate siue in fide. in toto corde
 meo & in tota anima mea. Multa hoc putant tempore soror
 babel filia calathiel & hieru filio se dec sacerdotum magni quando
 aggeur & zacharias pphetae sunt sub epa sacerdote complexu
 quando edificatum est templum & subne emia extructum
 per circuitum. ut quos ante eiecerat in furore & ira in indignatione
 grandi de iherusalem. & in toto orbe disperserit. post ea redue
 tur habitare fecerit confidenter. & fuisse eos in populum dei &
 dominum fuisse dominum eorum. & cetera scriptura continet. Sed quo
 modo hoc possit illi tem pori coaptari. habitare eos faciam con
 fidenter. & feriam eis pactum sempiternum. siue disponam
 illi testamentum & eternum. poenitentia non potest appareri.
 quippe quos legerimus & sacra narrata historia non solum
 a uicinis gentibus. sed apud quoque & macedonibus. & egyptiis. ro
 manisque. sepe captos. & huc usque feruire. omnia igitur ad aduen
 tum referenda sunt saluatoris. quae nro & fidei tempore
 uidemur explere. & electio iuxta apostolum reliqua non
 salua facta. & in xpo habitavit confidenter. & datum est eis con
 unum iuxta illud quod scriptum est. multitudinis autem creden
 tium erat cor & anima una. & uiam inquit unam illi qui dicit
 ego uia & uita & ueritas. ut timeant me uniuersis diebus.
 principium enim sapientiae & timor domini uniuersis diebus.